

Carmen elegiacum.

T Martini Ibarre Cantabrizi in commedationem introductionum latinarum Aelii Antonii Hebriffensis Carmina quibus ars ipsa quasi filia quedam pulcherrima ab illo genita de se loquenda paucis monstrat. Quapropter se bonus patet glossematis munitissima domo sua: id est arbitrio iudicioque suo tandem abdicauerit. Quidnam imprimis faciendum sibi mandauerit. Quam statim viam corripiendam ubi sedes parandas consuluerit. Quantum denique patriis hominibus fortasse et externis, Ars ipsa cum parente simul iuncta tribuerit commemorans.

T Tempora iam lustris abeunt exacta duobus:
A patrio postquam pectore pulsa vagoz.
Precedit atque sator: patrias excedere curas:
Supremum geminans terque quaterque vale.
Postquam cirratos pariter iubet atque magistros
Quos aluit: numeris conciliare suis.
Illo ego perpetuos merui iam frondis honores
Tempore: quo florens prima iuuenta fuit.
Egredior validis comitum glomerata datorum:
Presidijs: iussas nec mora carpo vias.
Ad rondam propero: namque illis ronda diebus:
Auxilium christo dante subacta fuit.
Huc ubi deuenior: regine ad limina nostre
Procedo: et faciles iam patuere fores.
Pulchra tunc primum sponda se forte fouebat:
Namque dabat leges canaque iura prius.
Accessi propius roseo suffusa rubore:
Tum breuiter repeto iussa paterna memor.
Pierides aderant: cesserunt libera verba:
Protinus hec pauitans carmina pauca cano.
O regina viros paribus que fingis iberos
Legibus: atque equo pondere iuris aue.
O pietate grauis supplex pia munera posco:
Dat liceat populos clarificare tuos.
Illa domi semper victrix: et semper in armis:
Ambrosio cepit sic grauis ore loqui.
Hesperios inter populos quodcumque precaris:
Accipe barbato nata puella patre.
Discute corde metus: habita felicia regna
Nusquam habero: et munus quod petis ipsa ferest.
Dum tenues ergo currant ad flumina riuus:
Maiores fluuios littoza dumque bibant.
Dum ego mirato fuerim notissima mundo:
Illius in nostro pectore vultus erit.
Post ubi responsum presens dedit illa petenti: